Ad primū Sic procedit. Videtur q per pniam virtutes nō restituantur. Nō em possent vitutes amisse. per penitentiam restitui, nisi penitētia virtutes causaret. Sed penitentia cum sit virtus, non potest esse causa omnium virtutū: præsertim cum quedam virtutes sint naturaliter priores penitentia scz fides, spes, ꝛ charitas: vt supra dictum est. Ergo per penitentiam non restituuntur virtutes. ¶Preterea. Penitentia in quibusdā actibus penitentis consistit. Sed virtutes gratuite non causantur ex actibus nostris: dicit em Aug. in ll. de libero arbi. q virtutes deus in nobis sine nobis operatur. Ergo vidētur q per penitentiam non restituantur virtutes. ¶Preterea. Habens virtutē, sine difficultate ꝛ delectabiliter actus virtutū operatur. vnde pbs dicit in primo ethi. q nō est iustus, qui non gaudet iusta operatione. Sz multi penitentes adhuc difficultatem patiūtur in operando actus virtutum. Non ergo per penitentiam restituuntur virtutes.

Sed ꝓtra Est, q luc. 15. pater māducault q filius penitens induereꝫ stola prima. Que fm amb. est amictus sapientie. Quā simul consequunt oēs virtutes: fm illud sap. 8. sobrietatē ꝛ iustitiaz docet, prudentiam et virtutem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Ergo per penitentiam omnes virtutes restituuntur.

Rñdeo Dōm, q per pniam remittūtur peccata: vt dictū est. Remissio autē pctōrū non pōt esse nisi per infusionem gre. Unde relinquit q per penitentiaz homini gra infundat. Ex gra autem consequuntur omnes virtutes gratuite, sicut ex essentia anime fluunt omnes potentie: vt in secunda parte habitum est. Unde relinquit, q per penitentiā omnes virtutes restituant.

Ad primū Ergo dicendū, q eodē modo pnia restituit virtutes, per quē modū est causa gratie: vt iam dictum est. Est autē causa gratie, inquantū est sacramentū: nā inquantū est virtus, est magis gratie effectus. Et ideo non opz q penitentia fm q est virtus, sit causa oim aliaruz virtutum: sed q habitus pnie, simul cum habitibus aliarū virtutū, per sacramentū pnie causentur. ¶Ad 2m dōm, q in sacro pnie, actus humani se habent māliter: sed formalis vis huius sacramenti dependet ex virtute clauiū. Et ideo virtꝰ clauiū effectiue causat gram ꝛ virtutes, instrumēaliter tñ: sed actꝰ primus penitentis se habet vt vltima dispositio ad gram consequendam. s. cōtritio: alū vero sequentes actus pnie, procedūt iam ex gratia ꝛ virtutibus. ¶Ad tertiū dicēdum, q (sicut supra dctm est) qnqz post primū actū pnie, qui est contritio remanēt quedā reliquie peccatoū. s. dispōnes ex priorib⁹ actib⁹ peccatoū causate, ex quib⁹ prestat difficultas quedā penitenti, ad operandum opera virtutū. Sed quantū est ex ipsa inclinatione charitatis ꝛ aliarū virtutum, penitens opera virtutis delectabiliter ꝛ sine difficultate operatur: sicut si virtuosus, per accidēs difficultatem pateretur in executione actus virtutis, ꝓpter somnum, aut aliquam corporis indispositionem.

Cūtrum post pniam resurgat hō in equali virtute. Art. 2.

Ad scōm Sic, ꝓcedit. Videt q post pniam resurgat hō in equali virtute. Dicit em apls rom. 8. diligentibus deum oia cooperant in bonū. Ubi dicit glo. aug. q hoc adeo verū est, vt si qui horū deuiantez exorbitent, hoc ipsum eis deus faciat in bonum proficere. Sed hoc non esset, si homo resurgeret in minori virtute. Ergo videtur q nunqz penitens resurgat in minori virtute. ¶Ꝫ. Ambro. dicit, q penitētia res optima est que omnes defectus reuocat ad perfectum. Sed hoc non esset, nisi virtutes in equali quantitate recuperarentur. Ergo per penitentiam semper recuperatur equalis virtus. ¶Preterea. Super illud gen. primo, factum est vespere ꝛ mane dies vnus. dicit glo. Vespertina lux est a qua quis cecidit, matutina in qua resurgit. Sed lux matutina est maioꝛ vespertina. Ergo aliquis resurgit in maiori gratia vel charitate quam prius habuerit. ¶Ad 4m etiam videtur per id quod apostolus dixit ad Ro. 5. vbi abundauit delictum, superabundauit ꝛ gratia.

Sed contra. Charitas ꝓficiēs vel pfecta, est maioꝛ cadit a charitate proficiēte, resurgit autē in charitate incipiēte. Ergo semper resurgit homo in minori virtute.

Rñdeo Dicendū, q (sicut dctm est) motus liberi arb. qui est in iustificatione impij, est vltima dispositio ad gratiam. Unde in eodē instanti est gre infusio cū prędicto motu liberi arbi. vt in secūda parte habitū est. In quo quidē motu cōprehenditur actus pnie: vt supra dctm est. Manifestū est aūt, q forme que possunt recipere magis ꝛ minus, intēdunt ꝛ remittuntur fm diuersam dispositionem subiecti: vt in secunda parte habitum est. ¶Et inde est, q fm q motus liberi arbi. in pnia est intensioꝛ vel remissioꝛ, fm hoc penitens consequitur maiorem vel minorē gratiā. Contingit autē intensionē motus penitētis qnqz proportionatā esse maiori gre quā illa a qua ceciderat per peccatū qnqz autē equali, qnqz vero minori. Et ideo penitens qnqz resurgit in maiori gra qnqz prius habuerat, qnqz aūt in equali, qnqz etiā in minori. Et eadē rō est de virtutibus q ex gra consequuntur.

Ad primū Ergo dicendus, q non oibus diligentibus deū cooperat in bonū hoc ipsum q q perseuerant in amore cadunt, qō pz in his qui cadūt. et nunqz resurgunt, vel qui resurgunt, iterū casuri. Sed his tñ q fm propositū vocati sunt sancti. i. predestinatis: qui quotiēscūqz cadāt, finaliter tñ resurgunt. ¶Ideo ergo eis in bonū hoc q cadūt, non q semper in maiori gra resurgāt: sed q resurgūt in permanētiori gra. Non qdē ex parte ipsius gre (q; quāto gra est maioꝛ, tanto de se est permanētior) sed ex parte hois: qui tāto stabilius in gra permanet, quāto est cautioꝛ ꝛ humilioꝛ. Unde glo. ibidē subdit. q iō proficit eis in bonū, q cadūt, q humiliores redeunt atqz doctiores. ¶Ad 3m dōm. q penitentia quantū est de se, hz virtutē reparandi defectus ad pfectū, ꝛ etiā pmouendi in vlteriorē statū. Sed hoc qnqz impedit ex parte hois q remissius mouet in deū, ꝛ in detestationem pcti: sicut etiā in baptismo aliqui adulti consequunt maiorem vel minorem gratiā, fm q diuersimode se disponunt. ¶Ad tertiū dōm, q assimilatio illa virtutis gre ad lucem vespertinā ꝛ matutinam, fit ꝓpter similitudinem ordinis: q post lucē vespertinā sequunt tenebre noctis, post lucē aūt matutinā sequit lux diei: nō aūt ꝓpter similitudinē maioris vel minoris quātitatis. ¶Illud etiā verbū apl intelligit de gra Christi que superat oēm abundantiā huiusmodi pcctoū. Nō aūt est verū in oibus, q quanto abundantius peccauit, tanto abundantioꝛem gram cōsequat, pēsata q̄titate habitualis gre. Est tñ supabundans gra quātū ad ipsam gre rationē: q magis gratis biificāt remissionis magis peccatoꝛ conferꝫ. Quānis qnqz abundanter peccantes ✠ abundanter doleant: ꝛ sic abundantioꝛe habitū gratie ꝛ virtutum cōsequūtur: sicut ꝑz in magdalena. ¶Ad 4m vero q̄ in Ꝟnū obiicitur dōm, q vna ꝛ eadem gra maioꝛ est, ꝑficiens q̄ incipiens. Sed in diuersis hoc non est necesse, vnus enim incipit a maioꝛi gratia quam alius habeat in statu profectus: sicut

Vbi ✠ nō habet ꝛ ad maiorem gratiam sequuntur maiores virtutes / ꝛ ad minorem minores.

¶Tertio aduertendū est in. 3. ar. in cor. vbi de irregularitate homicidij ex defensione cōmissi tangitur. Distinguendum siquidem est de defensione. Nam quedam est necessitans ad homicidiū: quum quis scilicet non potest totaliter se defendendo suuz cuadere malum etiā nisi occidat illum, ꝛ hoc non inducit irregularitatem per no na iura / condita scilicet post transitum beati Tho. vt patet in. 5. de homicidio. ca. vnico. Defensio autem non vigens ad homicidium / et olim ꝛ nunc irregularem constituit: et de hac text ✠ iste intelligendus est.

¶Quarto aduertendum est in. 5. arti. in cor. iuncto cum responsione ad tertiū q alind est loqui de opere meritorio / et alind est loqui de quantitate operis meritorij. Quuz em mortificata reuiuiscant / semper omnia opera meritoria q̄ mortificata erāt reuiuiscunt: quoniam iusti quo reuiuiscūt debita est vita eterna ex vi illorū priorum operum / ꝛ non solum ex vi presentium operum. ita q hoc operatur reuiuiscere / q ex pluribus capitibus debetur huic vita eterna / scilicet ex meritis prioribus et ex meritis posteriorib⁹. Sed quātitas operis meritorij nō semper reuiuiscit similiter: quoniam nō semper recuperat priam efficaciā / que est pducere huncad tantū gradum beatitudinis eterne: vt pz in eo qui resurgit in minori gratia / ita q in illa minore deceditꝫ talis em nunqz peueniet ad illum beatitudinis gradū quez dignitas prioris meriti debitum sibi faceret. Et in promptu causa huius non requiescētie est ipsa resurgentis indispositio: sicut enim si non resurreuisset a peccato / mortificata meritaꝫ non sibi reuixissent (q; peccatum ꝓpriū impedimentum ꝓpriū meritum efficaciā) ita resurgendo a pctō cuz minore tamē gratia

Vbi ✠ nō ꝑ ꝛ ad maiorem gratiam.

Et 3. dist. 22. q. 2. ar. 4.

et III. 190

Ad tertiū Sic ꝓcedit. Videt q ꝓ pniam nō restituat hō in pristinam dignitatē. Dr super illud amos. 5. virgo Israel cecidit. dicit glo. Non negat posse resurgere, sed nō resurget virgo Israel: quia semel aberrans ouis. etsi reportetur humeris pastoris, non habet tantā gloriā quantā que nunqz erravit. Ergo p̄ penitentiā non recuperat homo pristinam dignitatem. ¶Ꝫ. Hiero. dicit. Quicūqz dignitatem diuini gradus nō custodiūt, cōtenti fiant animā saluare, reuerti enim in pristinū gradū difficile est. ¶Et inno. papa. dicit, q apud niceā cōstituti canones, penitētes etiā ab infimis officijs clericorū excludunt. Non ergo per penitētiā homo recuperat pristinā dignitatē. ¶Ꝫ. Ante peccatū pōt aliquis ad maioꝛē gradū ascēdere. Non aūt hoc post peccatū cōceditur penitēti: vt ꝑz Ezech. 44. Ieuite qui recesserunt a me, nunqz approꝑinquabunt mihi, vt sacerdotio fungantur. ¶Et sicut hꝰ in decre. dist. 50. in hilerdensi cōcilio legitur, illi qui sancto altari deseruiūt, si subito in fidā carnis fragilitate corruerunt, ꝛ dño respicīte digne penituerint: officiorum suoꝝ sic loca recipiāt, vt non possint ad altiora officia vlteriꝰ promoueri. Non ergo pnia restituit hominem in pristinam dignitatem.

Sed cōtra Est, q sicut in eadem dist. legit, Greg. scribēs scōmo, dicit, Post dignā satisfactionem credimus hominem posse redire ad suū honorē. ¶Et in concilio agathensi legit, Contumaces clerici, prout dignitatis ordo permiserit, ab episcopis corrigantur: ita vt cum eos penitentia converterit, gradum suum dignitatemqz recipiant.

Rñdeo Dōm, q hō per peccatū dupliciter dignitatem amittit: vnā quantū ad deū, alia vero ꝛ quantū ad ecclesiā. Quantū aūt ad deū: amittit duplicē dignitatē, vnā principalē: qua. s. cōputaꝰ erat inter filios dei per gratiā. Et hanc dignitatem recuperat ꝓpriaz: qō signāt luc. 15. in filio prodigo: cui penitenti pater iussit restitui stolam primā ꝛ annulum ꝛ calciamēta. Aliaz vero dignitatem amittit scōdariā. s. innocentiā: de qua (sicut ibidem legit) gloriabat filius senioꝛ dicēs, ecce tot annis seruio tibi, ꝛ nunquam mandatū tuū preteriui. Et hanc dignitatem penitens recuperare nō pōt. Recuperat tñ qnqz aliquid maius: q̄ vt grego. dicit in homel. de centū ouibus, qui errasse a deo se considerant, dāna precedēti lucris sequētibus recōpensant. Maius ergo gaudiū de eis fit in celo: quia ꝛ dux in prelio plus eū miserit diligit. qui post fugam reuersus hostē fortiter premit, quā illū qui nunqz terga prebuit, ꝛ nunqz aliquid fortiter fecit. ¶Dignitatem aūt ecclesiasticā hō per pctm perdit: q̄ indignum se reddit ad ea q̄ cōpetunt dignitati ecclesiastice exercenda. Quā quidē recuperare prohibetur. Uno modo q̄ non penitet. vnde Isido. ad missianū ✠ epm scribit (sicut in eadē dist. legit. c. dño.) Illos ad pristinos gradus redire canones precipiunt, quos pnie precessit satisfactio, vel condigna peccatoꝝ cōfessio. at ꝛtra hi qui a vitio corruptionis non emendant, nec gradū honoris, nec gram recipiunt cōlonis. ¶Secūdo, quia pniam negligenter facit. vñ in eadē dica. siquis diaconus. vi. Lā in aliquibus nec compunctio humilitatis, nec instantia oandi appareat, nec ieiunijs vel lectionibus eos vacare videamus: possum⁹ agnoscere si ad pristinos honores redirent. cum quanta negligentia permanerent. ¶Tertio si cōmisit aliquod peccatū qō hz irregularitatem annexam. vnde in ea. dist. ex cōcilio martini papa dicitur, Siquis viduam, aut ab alio relictam duxerit, nō admittatur ad clerum, q si irrepserit, deijciat. Similiter si homicidij, aut facto, aut precepto, aut consilio, aut defensione post baptismū conscius fuerit. Sed hoc non est rōne peccati: sed rōne irregularitatis. ¶Quarto propter scandalū. vnde vt in eadem dist. legitur. c. de his vero rabanus dicit. Hi qui deprehensi vel capti fuerint publice in periurio, furto, atqz fornicatione, et ceteris huiusmodi criminibus, fm canonuz sacroꝝ institutā a propio gradu decidāt: quia scandalum est populo dei tales personas super se positas habere. Qui autem deprehensi peccatis, absconse a se cōmissis, occulte sacerdoti cōfitentur, si se per ieunia et elemosynas, vigiliasqz sacras oatiōes purgare curauerint, his et gradu ꝓprio seruato spes venie de mia dei ꝓmittēda est. Et hoc est qō de extra de ꝙstitate ordinādoꝝ. c. questum. Si crimina ordine iudiciario compobata vel alias notoria nō fuerint, ꝑter reos homicidij. post pniam in susceptis vel iam susciendis ordinibus impediri nō possunt.

Ad primū Ergo dōm, q eadē ratio est de recuperatione virginitatis ꝛ de recuperatione innocentie: que pertinet ad scōariā dignitatem quo ad deum. ¶Ad scōm dicēdū, q hiero. in verbis illis nō dicit esse impossibile. sed esse difficile hominem recuperare post peccatū pristinū gradū: q̄ hoc nō cōceditur nisi perfecte penitēti: vt dictū est. ¶Ad 2am aūt cauonū quę hoc ꝓhibere videntur, rīdet augu. bonifacio scribens, Ut cōstitueretur in ecclesia, ne quisqz post alicuius criminis penitentiam, clericatū acciꝑat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu maneat, non desperatione indulgētie, sed rigore factum est disciplinę: alioqn ꝛtra claues ecclesie datas disputabit: de qbus dictū est. quecūqz solueritis super terram, soluta erunt ꝛ in celo. Et postea subdit, Nam ꝛ sanctus dauid de criminibus mortiferis egit penitētiam. ꝛ tamē in honore suo pstitit: ꝛ beatū petrū qñ amarissimas lachrymas fudit vtiqz dōm negasse penituit. ꝛ tñ apostolus permansit. Sed non ideo putāda est superuacua posteriorum doctorū diligētia: q vbi saluti nihil detrahebat humilitati aliqd addiderunt: experti vt credo, aliquoū fictas pnias per affectatas honorū potētias ✠. ¶Ad tertiū dicēdū, q illud statutum intelligitur de illis q publicam pniam agūt: q postmodū nō possunt ad maiorē prouehi gradū. Nā ꝛ petrus post negationē, pastor ouiū christi cōstitutus est: vt ꝑz Jo. vlt. Ubi et chrys. dicit, q petrus post negōne ꝛ pniam, ostendit se habere maiorē fiducia ad christū: qui em in cena nō audebat interrogare, sed ioanni interrogationem cōmisit. huic postea ꝛ preposituraꝫ frātrū credita est ꝛ nō solum non cōmittit alteri interrogare que ad ipsum pertinent, sz de reliquo ipse ꝓ ioanne magistrum interrogat.

Alis ✠ pōpas.

ex hoc ipso in dispositus est ad susciendum fructum maioris meriti: ipse em minor conatꝰ resurgentis / ꝛ ad maiora nō ꝓgredientis / impedimentū prestat effi cacie quantitas magni meriti precedentis. Et facit vt quantitas illa non reuiui scat sibi simpliciter ꝛ absolute: cuz quo tñ stat / q reuiuiscit illi fm quid / hoc est quo ad gaudium accidē tale: q̄ vt in litera dicitur / plus gaudebit de maiore merito pcedēte ꝙ de minore qō subsequntum est.

22e. q. 132. a. 3. ad. 1. Et 3. di. 36. ar. 5. ad pm. Et. 4. di stin. 14. q. 2. art. 3. q. 2. Et dist. 21. qō. 1. ar. 1. q. 1. ad 3m. Et dist. 22. q. 1 art. 1. ad 6m. Et heb. 6. col. 1. fin.

AD quartū Sic pcedit. Uf q opa virtutū in charitate fctā possint mortificari. Ar. 4. tutū in charitate fctā, mortificari nō possint. Quod em nō est, immutari nō pōt. Sed mortificatio est quedam mutatio de vita in mortem. Cum ergo opera virtutū postq̄ facta sunt, tam non sint, videtur q̄ viterius mortificari non possint. ℂ Ꝑ. Per opera virtutum in charitate facta, homo meretur vitā eternam. Sed subtrahere mercedem merenti, est iniustitia, que non cadit in deum. Ergo non potest esse, q̄ opera virtutum in charitate facta, per peccatum sequens mortificent. ℂ Preterea. Fortius non corrumpitur a debiliori. Sed opera charitatis sunt fortiora quibuslibet peccatis: quia vt dicitur prouerb. 10. vniuersa delicta operit charitas. Ergo videtur q̄ opera in charitate facta, per sequens mortale peccatum mortificari non possint.

Sed cōtra Est. q̄ dicitur ezech. 18. Si auerterit se iustus a iustitia sua, omnes iustitie ei⁹ quas fecerat, non recordabuntur.

Rñdeo Dīm, q̄ res viua, per mortē pdit opationē vite. Uñ per quandam similitudinē dicunt res mortificari, q̄n impediunt a suo ꝓprio effectu vel operatiōe. Effect⁹ aūt operum virtuosoꝝ que in charitate fiunt, est perducere ad vitaz eternam. Quod quidem impeditur per peccatū mortale sequēs quod gratiam tollit. Et secundum hoc opera in charitate facta mortificari dicuntur per sequens peccatum mortale.

Ad pmū Ergo dicendum, q̄ sicut opera petōrū transeunt actu z manent reatu, ita opa in charitate fctā, postq̄ transeunt actu, manent merito in dei acceptatione. Et sm hoc mortificantur, inquantum impedit homo ne consequatur suam mercedem. ℂ Ad 2m dōm, q̄ sine iniustitia pōt merces subtrahi merenti, q̄n ipse reddidit se indignum mercede per culpam sequētem. Nam z ea que hō tam accepit, q̄nq̄ iuste ꝓpter culpā perdit. ℂ Ad tertiū dōm, q̄ non est ꝓpter fortitudinē operū peccati, q̄ mortificantur opera ꝓius in charitate facta: sz ē ꝓpter libertatē volūtatis, q̄ pōt a bono in malū deflecti.

4. dist. 14. q. 2. ar. 3. q. 3. Et dist. 2. q. 1. ar. 1. ad 6m. Et heb. 6. lec. 1. col. 2. et le. 3. colum. 2.

ℂ Utrū opa mortificata p petū, per pniam reuiuiscant. Arti. 5.

AD quintū Sic pcedit. Uf q opa mortificata p petū, p pniam non reuiuiscant. Sicut em per pniam subsequentem remittuntur petā ꝑterita, ita etiā p petū sequens mortificantur opera ꝓius in charitate facta. Sed petā dimissa per penitētiam, non redeūt: vt supra dctū est. Ergo videtur q̄ etiā opera mortificata, per charitatē nō reuiuiscant. ℂ Ꝑ. Opera dicunt mortificari, ad similitudinem animaliū que mortuntur: vt dictū est. Sed animal mortuū non pōt iterū viuificari. Ergo nec opera mortificata, possunt iterum per penitētiam reuiuiscere. ℂ Ꝑ. Opera in charitate facta, merenē gloriā sm quātitatē gre vel charitatis. Sed q̄nq̄ per pniam homo resurgit in minoꝝ gra vel charitate. Ergo non cōsequit gloriā sm meritū ꝓioꝝ operū. Et ita vī q̄ opa per petū mortificata, nō reuiuiscant.

Sed ꝯtra Est. q̄ sup illud tohel. 2. reddā vobis annos quos comedit locusta. dicit gl. Non patiar pereuebertatē, quam cū perturbatiōe animi amisistis. Sed illa vbertas est meritū bonoꝝ ōperum, q̄ fuit perditum per petū. Ergo per penitentiā reuiuiscunt opera meritoria ꝓius facta.

Rñdeo Dicendū, q̄ quidā dixerūt q̄ opa meritoria per petū sequens mortificata, nō reuiuiscūt q̄ pniaz subsequentē: cōsiderantes q̄ opera illa non remanēant. vt iteruz viuificari possint. Sed hoc impedire non pōt quin viuificentur. Non em habent vim perducendi in vitā eternā, q̄ pertinet ad eorum vitam, solum sm q̄ actu existunt: sed etiā postq̄ actu esse desinunt, sm q̄ remanent in acceptatione diuina. Sic autē remanent quantum est de se, etiam postq̄ per peccatum mortificant: quia semper deus illa opera ꝓout facta fuerunt, acceptabit, et sancti de eis gaudebunt: sm illud apoca. 2. tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Sed q̄ isti qui ea fecit, non sint efficacia ad ducendū in vitā eternā, puenit ex impedimento petī superuententis: per quod ipse redditus est indignus vita eterna. Hoc autem impedimentum tollitur per penitentiam, inquātum per eam remittuntur peccata. Unde restat q̄ opera ꝓius mortificata, per penitentiam recuperant efficaciam perducendi eum qui fecit ea invitam eternam: quod est ea reuiuiscere. Et ita patet q̄ opera mortificata, per penitentiam reuiuiscunt.

Ad pmū Ergo dōz. q̄ opa petī per pniam abolentur sm se ita. s. q̄ ex eis viterius deo indulgēte, nec macula nec reatus inducatur. Sed opera in charitate facta, non abolenē a deo, in cuius acceptatione remanent: sed impedimentum accipiunt ex parte hois operantis. Et ideo remoto impedimento, q̄ est ex parte hois operantis, deus impleт ex pte sua illud q̄ opera merebanē. ℂ Ad 3m dōm, q̄ opa in charitate facta non mortificātur sm se (sicut dcīm est) sz solū per impedimentum superueniens ex parte operantis. Animalia autē moriūtur secundū se, inquantū priuant principio vite. Et ideo non est ſsile. ℂ Ad tertiū dōm, q̄ ille qui per pniam resurgit in minoꝝ charitate, consequetur quidem ꝓmium essentiale secundū quantitatem charitatis in qua inuenitur. Habebit tamen gaudiū maius de operibus in prima charitate factis, quam de operibus que in secunda fecit, quod pertinet ad ꝓmium accidentale.

4. dist. 14. q. 2. ar. 3. q. 2. Et 22. q. 1. ar. 1. q. 4. ad 3.

ℂ Utrū per pniam subsequētē, ēt opa mortua viuificenē. Ar. 6.

AD sextū Sic pcedit. Uidet q̄ pniaz subsequentē etiā opera mortua (que sz nō sunt in charitate fctā) viuificenē. Difficilius em videt q̄ ad vitā peruenias, illud q̄ fuit mortificatum (qđ nunq̄ fit sm nām) q̄ illud qđ nunq̄ fuit viuū viuificetur: q̄ ex non viuis, sm nām aliqua viua generant. Sed opera mortificata, p pniam viuificanē: vt dictum est. Ergo multo magis opera mortua viuificantur. ℂ Ꝑ. Remota causa, remouetur effect⁹. Sed causa quare opa de genere bonoū sine charitate fctā nō fuerunt viua, fuit defectus charitatis z gratie. Sed iste defectus tollit p pniam. Ergo p̄ pniam opa mortua viuificanē. ℂ Ꝑ. Hier. dicit, Si q̄ videris ti..er multa mala opa facere peccatorē quēq̄ aliqua que iusta sunt, non est tam iniust⁹ deus, vt propter multa mala obliuiscatur paucorum bonorum. Sed hoc maxime videtur quando mala ꝓterita per penitentiam tolluntur. Ergo videtur q̄ post penitentiam deus remuneret ꝓiora bona opera in statu peccati facta: q̄ est ea viuificari.

Sed ꝯtra Est. q̄ aplūs dicit ꝑme cor. 13. Si distribuero in cibos pauperū oēs facultates meas, et si tradidero corp⁹ meū ita vt ardeā, charitatē aūt nō habuero, nihil mihi ꝓdest. Hoc aūt nō esset, si saltē p pniam subsequētē viuificarentur. Non ergo pnia viuificat opera ꝓius mortua.

Rñdeo Dōm, q̄ op⁹ aliq̄s dr mortuū dupl̄r. Uno modo effectiue: q̄ sz est cā mortis. Et sm hoc opa peccati dr opa mortua: sm illud heb. 9. sanguis Chr̄i emundabit conscientias nostras ab opibus mortuis. Hoc igit opa mortua non viuificanē per pniam, sed magis abolenē: sm illud heb. 5. nō rursus iacientes fundamentū pnie ab operib⁹ mortuis. Alio modo dicuntur opera mortua priuatiue. i. q̄ carent vita spūali: que est ex charitate, per quā aīa deo conūgit, ex quo viuit sicut corpus p aiam. Et per hunc modū etiā fides que est sine charitate, dicit mortua: sm illud Jaco. 2. fides sine operib⁹ mortua est. Et per hunc etiā modū oīa opa que sunt bona ex gne, si sine charitate fiant, dr mortua: inquaz. ītū. i. non procedūt ex ꝓncipio vite, sicut si dicamus sonū eē thare vocē mortuā. Sic igit differēter mortis evite in optibus, est sm cōparationem ad ꝓncipiū a quo procedūt. Opa aūt nō possunt iterū a ꝓncipio ꝑcedere (q̄ trāsierunt) z iterū eadē numero resumi non possunt. Unde impossibile est q̄ opera mortua iterum fiant viua per penitentiam.

4. dist. 14. q. 2. ar. 3. q. 2. Et 22. q. 1. ar. 1. q. 4. ad 3.

Ad pmū Ergo dōm, q̄ in reb⁹ nālibus tā mortua q̄ mortificata carēt ꝓncipio vite. Sz opa dicunt mortificata nō ex parte ꝓncipii ex quo processerunt, sed ex parte impedimēti extrinseci. Mortua aūt dr ex gre ꝓncipii. Et ideo non est similis rō. ℂ Ad 3m dōz. q̄ opa de gne bonoū sine charitate facta, dr mortua, ꝓpter defectū charitatis z gre ꝓncipiū. Hoc aūt non ꝓstat eis p pniam sequētē, vt ex tali ꝓncipio procedāt. Uñ rō non sequit. ℂ Ad tertiū dōm, q̄ deus recordat bonoū q̄ qs facit in statu peccat⁹ non vt remuneret ea in vita eterna: qđ debet solis opib⁹ viuis. i. ex charitate factis. Sed remunerat ea tpali remuneratione: sicut greg. dicit in homel. de diuite z Lazaro, q̄ nisi diues ille alie⁹ qd bonū egisset, z in pnis leculo remunerationem accepisset: nequaq̄ eī abraam diceret, recepisti bona in vita tua. Vel etiam hoc potest referri ad hoc q̄ patiēt tolerabilius iudicium. Unde dicit aug. in lib. de patiētia, Non possumus dicere, scīsmatico melius fuisse vt Chr̄isti negādo nihil eoū pateret q̄ passus est cōfitendo: sed existimandū est tolerabilius ei futurū iudiciū, q̄n si Chr̄isti negando nihil eoū pateretur, vt illud qđ ait apostolus, si tradidero corpus meū ita vt ardeam, charitatem aūt non habuero, nihil mihi prodesse intelligatur ad regnum celorum obtinendum, non ad extremi supplicij iudicium tolerabilius subeundum.

ℂ Super Questionem. 90.

IN qōne. 90. in qua de ptib⁹ pnie agit, scz cōtritione, cōfessione z satisfactiōe sciēdū est varias inueniri de hoc opiones. Scot⁹ nāq̄ in. 4. sen. di. 16. q. 5ma tenet q̄ ista tria nullo mō sunt partes sacr̄i pnie. Et fundamētū ei⁹ est: q̄ apud ip̄m in eodē. 4. di. 14. q. 4. sacr̄m pnie est absolūtio sacr̄alis. Cui⁹ nulla pars est cōtritio, q̄ est qđā spūale in anima nec cōfessio: q̄ nihil est ipsi⁹ pnie sacerdotis, sz est actꝰ rei accusantis, scīsm. nec satisfactio, que sequit absolutionez sacr̄alē. Durād⁹ ꝺo in. 4. sen. di. 14. q. 2. ar. primo, z sacr̄m pnie integrari ex absolone vt forma ad cōfessione vt mā. ptes. tionem ꝺo nō ponit eius ptes, sz diſpōnē. puiā: satisfactiones aūt ꝓpīe. Aut hoc autez vt ps in ifa, z tria cē ptes pnie sacr̄i ex pte māe. Et q̄n aut hoc is via cognizata ē ab vli sy nodo sōr engenio. 4. (vbi sic legimus. 4. sacr̄m est pnia: cui quasi mā sunt actꝰ penitētis. q̄ in tres distinguunt ptes. Scrū ꝑma ē cordis cōtritio ad quā ptinet vt doleat de pcō. misso cum ꝓpōto non peccādi de cetero. 2a ē oris cōfessio: ad q̄m ptinet vt petāz o'a peccata quoz meoriaz hz suo sacerdoti ꝓfiteat integraliter. 3a est satisfactio pro pcīs, sm arbitriū sacerdotis. q̄ ades ꝓcipue fit p oīe ne tinuū z elemosynā. Forma huius sacr̄i sunt hec absolutionis, q̄ sacerdos ꝓfert quum dr, ego te absolvo. hec ibi. Ꝺō sancte matris eccl̄ie doctrina mōstrat tā scōtis q̄ durādi opiones deficere. Et hoc enim qđ pnie sacr̄m confiare dicit ex actibus penitētis vt mā z absolutione vt forma, sequit q̄ sacr̄m penitentie non est solū absolutio sacerdotis, et hoc vero qđ actus penitentis qui sunt vt mā sacramētī, distingui dicunt tres partes: scilicet contritionē: cōfessionem z satisfactionē, sequitur q̄ non sola confessio est vt materia in sacramento penitētie. Stat ergo solida authoris doctrina.

4. di. 16 q. 1. ar. 1. q. 1. 4.

ℂ Super arti. 2.

IN eusdez q. arti. 2. in rñsione ad ꝑmū ꝺu bium occurrit circa ſsam rñsionem, q̄ quanto dicit q̄ cōtritio dicit sm essentiā nō est ꝓ sacramēti: virtualiter autē pertinet ad exteriorē penitentiā. i. pars sacramēti inquantū implicat ꝓpositū cōtēdi z satisfaciendi. Scōm enim rñsionem hanc nō sunt tres sed due ptes pnie: qm̄ cōtritio vt distinguit a confessione z satisfactione: non est pars pnie, z sic author ſsuppli contrarius inuenitur. ℂ Ad hoc dī, q̄ in contritione plura inueniuntur: inter que vnū est velle recōpēsare ad arbitriū sacerdotis. Et rōne huius ponit ꝑma ꝑs penitētie sacr̄i, tāq̄ initiū ei⁹. ita q̄ actꝰ iste interiorē sm se non spectet ad exteriorē pniaz: vt est tiō z initiū exteriozis pnie, ad exteriorem ſspectat pniaz. Sicut in aliis videmus tā bonis q̄ malis q̄ interiores actꝰ z palionēs vt sunt rōnes exteriorū: ad extrinseca ſspectant in dicta: ab eum indicat. ostendens ex odio, aliter offendens ex ira etc. Et ꝑter eōem hanc rōnē ſpālis in ꝓpōsito interuenit rō: que ex dīa inter recōpē tationē pure iustitie z recōpēsationē iustitie z amicitie, facile pz. Recōpensatio. n. iustitie attendit sm eq̄litatem exteriorē, sine sponte sine inuite fiat recōpensatio: vt pz tam in solone pecunie q̄n in absolōne mēbroꝝ seu vapulatione. rr. satisfactum em est iustitie eciaz si inuit⁹ reus soluerit aut palius fuerit: recōpensatio aut iustitie fiat a reo, nihil vaſ tet ad amicitiā nisi spōte. q̄m non est reconciliatiua. Et q̄n ad sacramētū pnie ſspectat recōpensatio re cōciliatiua, ideo ad hoc denotandū initiū z ratio eius ponitur velle recōpensare: quod velle q̄ claꝺitur in cōtritione, ideo ꝑtritio ponitur ꝑma pars sacramēti penitētie. z dicit initera de ea q̄ nō sm essentiam, sz virtualiter, hoc est vt est initium z ratio recōpēsationis, est pars sacramenti pnie. Author enim p illa verba, inquantū scz implicat ꝓpositū contendi z satisfaciēdi: circūloquiturvolūtatem recōpēsandi, quā in cor. ar. cōclusit esse ꝑmā ꝑs penitētie. Uñ patet q̄ cōtritio nō solum sm se sed vt est ꝑma pars penitentie, distinguitur a cōfessione z satisfactione: nam voluntas recōpensandi distinguitur a subiectione et ab exequutione.

4. di. 16 q. 1. ar. 1. q. 2. 2. 4. Et di. 17 q. 3. ar. 2. q. 4. co. Et dist. 22. q. 2. ar. 1. q. 2 ad. 3m. Et. 2. corin. 7. le. 3. co. 2.

ℂ Et per hec patet rēsponsio ad scos. et duran. vtentes hoc argumento.

ℂ In codez ar. in rēsponsione ad 2mum nota.

ℂ De partibus pnie in gñali. Qō. 90.

CEnde Cōsideranꝺum est de partibus pnie. Et primo in gñali. Secōo i speciali de singulis. ℂ Circa ꝓmū querunt quatuor. Ꝓmo, virum pnia habeat partes. Secuꝺo de numero partium. Tertio quales partes sint. Quarto de diuisione eis in partes subiectiuas.

ℂ Utrū pnie debeant ptes assignari. Ar. 1.

AD ꝓmū Sic procedit. Uf q penitētie nō debeāt partes assignari. Sacra enim sunt in quibus diuina virtus secretiꝰ operatur salutem. Sed virtus diuina est vna et simpler. Non ergo penitentie cum sit sacramentum, debent partes assignari. ℂ Ꝑ. Penitentia z est virtus, z est sacramentuz. Sed ei inquantum est virtus, non assignanē partes (cum virtus sit habitus quidam, qui est simplex qualitas mentis) similiter etiā z penitentie inquantum est sacramentum, nō videtur q̄ sint partes assignande: q̄ baptismo z aliis sacramentis nen assignantur partes. Ergo penitentie nullo mō debēt partes assignari. ℂ Ꝑ. Pnie materia est petā: vt supra ꝺcīm est. Sz peccato nō assignāt partes. Ergo etiam nec pnie sunt partes assignāde.

Sed ꝯtra Est. q̄ partes sunt ex quibus perfectio alicuius integrat. Sed penitētie perfectio integrat ex pluribus. s. ex cōtritione, cōfessione z satisfactione. Ergo pnia habet partes.

Rñdeo Dōm, q̄ ptes rei sunt ipse quas mālīter totū diuidit. Habēt enim se ptes ad totū, sicut mā ad formam. vñ m. 2. phy. partes ponunt in gñe cause materialis, totū aūt in gñe cause formalis. Ubicunq̄ igit ex parte māe inuenit aliq̄ pluralitas, ibi est inuenire partiū rōnē. Dictū est autē supra q̄ in sacro pnie, actus humani se habēt p modū māe. Et ideo cū plures actꝰ humani rediant ad pnie perfectionē. s. contritio, cōfessio z satisfactio (vt infra patebit) cōsequens est q̄ sacr̄m pnie habeat partes.

Ad ꝓmū Ergo dōz. q̄ q̄libet sacramētū hz simplicitatem rōne virtutis diuine que in eo opatur. Sed virtus diuina ꝓpter sui magnitudinē, opari potest z per vnū z ꝓ multa: rōne quoruz alicui sacro pōt partes assignari. ℂ Ad 2m dōm, q̄ penitentie sm q̄ est virtus, non assignanē partes: actus em humani q̄ multiplicantur in pnia, non cōparanē ad habitū virtutis sicut partes, sed sicut effectus. Unde relinquit q̄ partes assignenē pnie inquātum est sacramentū, ad q̄s actꝰ humani cōparantur vt mā. Inalys autem sacramētis mā non sunt actꝰ humani, sed aliqua res exterior vna: siue simplex, vt aqua vel oleum: siue composita, vt chrisma. Et ideo aliis sacramentis non assignanē partes. ℂ Ad tertium dicendū, q̄ peccata sunt materia remota penitentie: inquantum. s. sunt materia vel obiectum humanoruz actuum, qui sunt ꝓpria materia penitentie ꝓout est sacramētū.

ℂ De partibus pnie in speciali. Qō. 91.

CIrca Cōsequenter ꝺuo sunt consideranda. Ꝓmo, de partibus pnie in speciali. Secōo, de ordine earum. ℂ Circa ꝓmū querunt quatuor. Ꝓmo, de cōtritione. Secuꝺo, de cōfessione. Tertio, de satisfactione. Quarto, de peccatis.

ℂ Utrū cōtritio sit pars pnie. Artic. 1.

AD scōm Sic procedit. Uidet q̄ inconuenienter assignenē ptes penitentie, contritio confessio z satisfactio. Contritio enim est in corde (z sic pertinet ad interiorem penitētiam) confessio autē est in ore, z satisfactio in opere. z sic duo vltima pertinēt ad exteriorē penitētiā. Penitentia aūt interior nō est sacramentū. sed sola pnia exterior, que sensui subiacet. Non ergo cōueniente assignātur he partes sacr̄o pnie. ℂ Ꝑ. In sacro no. legēfertur gratia: vt supra habitū est. Sed in satisfactione nō conferē aliqua gratia. Ergo satisfactio non est pars sacr̄i. ℂ Preterea. Non est idem fructus rei z pars. Sed satisfactio est fructus penitētie: sm illud lu. 3. facite fructus dignos pnie. Ergo nō est pars pnie. ℂ Ꝑ. Penitētia ordinat ꝺ petā. Sed petā potest persi solum in corde, per consensum: vt in scīa pte habitū est. Ergo z penitentia. Non ergo pnie debent partes poni confessio oris z satisfactio operis.

Sed ꝯtra. Uidet q̄ debeant poni plures ptes penitētie. Pars enim hois ponit nō solū corpus qđ est eius materia. sed etiam aīa q̄ est eius forma. Sed tria ꝺicta cū sint actus penitētis se habēt sicut mā, absolutio aūt sacerdotis se habet per modum forme. Ergo absolutio sacerdotis debet poni ꝺrta pars penitētie.

Rñdeo Dicendū, q̄ ꝺupler est ps vt dicit m. 5. meta. i. ps essentie, z pars ꝺtitatis. Partes essentie, sunt naturaliter q̄ꝺ forma z mā, logice aūt est genus et dīa. Hoc aūt modo q̄libet sacramētū ꝺistinguitur in materiam z formā, sicut in partes essentie. Unde z supra dictū est, q̄ sacramenta consistūt in rebus z verbis. Sz quia quantitas se tez ex parte materie, partes quātitatis sunt partes materie. Et hoc modo sacramento penitentie spāliter assignanē ptes (vt dictū est) quātum ad actus penitētis qui sunt materia huius sacramenti. Dictuz est aūt supra q̄ aliomodo fit recōpensatio offense in penitentia, z in vindicatiua iustitia. Nā in vindicatiua iustitia fit recompēsatio sm arbitriū iudicis, nō sm volūtatē offendē tis vel offensi. Sz in pnia fit recōpensatio offense sm volūtatem peccātis, z sm arbitriū dei, in quem peccatur: q̄ hic non querit sola rendēgratio equalitatis iustitie (sicut in iustitia vindicatiua) sed magis reconciliatio amicitie, qđ fit dum offendens recōpensat secundum volūtatem eius q̄ offendit. Sic igitur requiritur ex parte penitētis, primo q̄ dē voluntas recompensandi, qđ fit per contritionem. secundo, q̄ se subiiciat arbitrio sacerdotis loco dei: qđ fit in cōfessione. tertio, q̄ recompenset secundum arbitrium ministri dei: quod fit in satisfactione. Et ideo contritio, confessio z satisfactio, ponuntur partes penitentie.

Ad ꝓmū Ergo dōm, q̄ contritio sm essentiā q̄ꝺ est i corde, z ptinet ad interiorē pniam. Uirtualiter aūt ptinet ad exteriorē pniam: inquātum. s.

diligenter ⁊ predica doctrinā hanc/q̄ satisfactio sacr̄alis augget gr̄am ex hoc q̄ ē pars sacr̄i. Et potes hoc intelligere ex differētia que est inter satisfactionē sacr̄alē ⁊ nō sacr̄alē: nā satisfactio sacr̄alis valet nō solū ꝑm se: sed ēt ex virtute clauiū: satisfactio aūt non sacr̄alis valet solū ꝛoz se: q̄m a clauib⁹ non emanauit. quocirca plus ꝓdest vnus ieiunij dies aut vnam psalteriū ex impōne cōfessoris q̄ fine tali impōne. Et hinc sequunt duo. ꝑm q̄ penitentes errant: parua satisfactionē volētes sibi a confessore imponi. 2m q̄ confessores minus bene ꝓnident penitentibus paratis tñ: vādo eis leue pniam: ipsa em prōgatio satisfactionis sacr̄alis virtute clauiū ⁊ angere nata est gr̄am: ⁊ plus valere ad satisfaciēdū pro peccatis. ¶ In eadem rōne soluē da occurri obiectio dur̄ā. in. 4. dist. 16. q. 1. cōtra satisfactionē: q̄ id nō est ꝓ sacr̄i sine quo sacr̄m est cōpletū: vel deficiente vna ꝑte sacr̄i sacr̄m nullū ē: sed fine subsequuta satisfactiōe/ sacr̄m pnie iam fuit verū sacramentū: ℟. ¶ Ad hoc ꝛo/ q̄ps ē dupler essentialis vł integralis. Et fine ꝑte q̄dē essentiali sacramentum nullum est: sicut nec hō ē si desit aia aut corꝑs. Sed fine vna parte integrali sacr̄i verꝫ q̄dē sed imperfectuꝫ esse pōt: sicut hō fine manu est verus homo/ sed mācus. Satisfactio aūt non ponitur pars essētialis sacr̄i pnie: ſz integralis. est enim pars actuū penitentis qui sunt vt mā seu pars essentialis sacr̄i: sicut manus est pars corꝑis humani/ quod est materia et pars cētialis hominis.

4. di. 16 q. 1. ar. 1. q. 3.

¶ Super arti. 3.

Ad. 3. eiusdem. q. 1 respōdeo ad ꝑm: sciēdū q̄ peccata cordis/ oris ⁊ opis/ dupliciter distinguuntur inter se. primo specifice: 2o gradualiter. Nam si sumatur petū ꝑm suā rōnem cōsummatū/ ⁊ distinguāt in peccatū cordis vel oris vel operis: sic est distinctio nō solū specifica/ ſz generica. Nā implicat ꝓpm̄ ꝓfitēdi ⁊ satisfaciēdi. ¶ Ad ꝑm dōm. q̄ satisfactio confert gr̄am ꝑ modum ꝓpositi. ⁊ auget eā ꝑ modum ꝓfectionis. sicut etiā baptism⁹ in adultis: vt supra dictum ē.

¶ Ad tertiū dōz. q̄ satisfactio est pars pnie sacr̄i. fructus aūt pnie virtutis. ¶ Ad ꝛtiū dōm. q̄ plura req̄runt ad bonū/ q̄ꝫ procedit ex integra cā/ q̄ꝫ ad malū q̄ꝫ procedit ex singularibus defectib⁹. ꝑm Dio. 4. c. de di. no. Et ideo ꝛz petū ꝑficiat in cōsensu cordis: ad ꝑfectionē tū pnie, requirit ⁊ cōtritio cordis, ⁊ confessio oris, ⁊ satisfactio operis.

¶ Ad ꝛtiū vero ꝑz solo p ea q̄ dicta sunt.

¶ Utrum predicta tria sint partes integrales penitentie. Arti. 3.

Sic procedit. Ut q̄ predicta tria non sint partes integrales pnie. Penitentia enim vt dictum est, contra petū ordinat. Sed petū cordis, oris ⁊ operis sunt partes ſbtine peccati, ⁊ nō partes integrales: quia peccatū de quolibet horū predicatur. Ergo etiam in penitentia contritio cordis, confessio oris, ⁊ satisfactio operis, non sunt partes integrales. ¶ Preterea. Nulla pars integralis in se continet aliam sibi cōdiuisam. Sed contritio continet in se cōfessionem ⁊ satisfactionem in proposito. Ergo non sunt partes integrales. ¶ Preterea. Ex partibus integralibus. simul ⁊ equaliter constituitur totum: sicut linea ex suis partibus Sed hoc non contingit hic. Ergo predicta non sunt partes integrales penitentie.

Sed ꝛ. Illedicuntur partes integrales. ex quibus perfectio totꝫ integratur. Sed ex tribus predictis integratur perfectio ipsius penitentie. Ergo sunt partes integrales penitentie.

Rñdeo Dicendum. q̄ quidam dixerunt hec tria esse partes subiectiuas penitentie. Sed hoc non pōt esse: quia singulis partib⁹ ſbtiuis adest tota virtus totius, ⁊ simul ⁊ equaliter: sicut tota virtus animalis inquantū est aial, saluaꝫ in q̄libet spē aialis, que simul ⁊ equaliter diuidūt animal. Sed hoc non est in ꝓposito. ¶ Et ideo alij dixerūt. q̄ sunt partes potentiales. Sed nec hoc verū esse pōt: q̄ singulis ptib⁹ potentialib⁹ adest totū ꝑm totam essentiam: sicut tota essentia aie adest cuilibet eius potentie. Sz hoc nō est in ꝓposito. ¶ Aliī relinquūt q̄ ꝓdicta tria sunt ptes integrales pnie. Ad quā. ū rōnē exigit: vt totū nō assit singulis partib⁹ neq; ꝑm totā ꝛtutē eius. neq; ꝑm totam eius essentiam, sed omnibus simul.

Ad ꝑmū Ergo dōm, q̄ petū q̄ rōnem mali hz, potest in vno tantū perficī: vt dcm̄ est. Et ideo peccatū q̄ in solo corde perficitur, est vna spēs peccati. Alia vero spēs est petū q̄ ꝑficit in corde ⁊ ore. tertia vero species est peccatū q̄ perficitur in corde ⁊ opere. Et ꝑm ōi peccati partes. q. integrales, sunt q̄ est in corde, ⁊ q̄ ē in ore, ⁊ q̄ est in ope. Et ideo pnie q̄ in his tribus perficitur hec tria sunt ptes integrales. ¶ Ad scām dōm, q̄ vna pars integralis potest cōtinere totū, ſz nō ꝑm essentiā: fundamentū enim quodāmodo virtute cōtinet totū edificiū. Et hoc modo cōtritio cōtinet virtute totam pniam. ¶ Ad tertiū dōm, q̄ omnes ptes integrales hñt ordinē quendaꝫ adinuicē. Sed quedā hñt ordinē tm̄ in situ: siue ꝙsequenter se hēant, sicut ptes exercit⁹: siue se tangant, sicut partes aceruī: siue etiaꝫ colligent, sicut ptes domꝰ: siue etiā ꝓtinuentur, sicut partes linee. Quedā vero habent tm̄ super ordinē virtutis: sicut ptes ꝙalis, quarū prima virtute ē cor, ⁊ alie quodam ordine virtutis dependent abinuicem. Tertiomodo ordinant ordine tpis: sicut ptes tpis ⁊ mot⁹. ¶ Partes igitur pnie habēt adinuicē ordinē virtutis ⁊ temporis. quia sunt actus: non autem ordinem situs. quia nō hñt positionem.

¶ Utrum conuenienter diuidatur pnia in penitentiam ante baptismū, pniam mortaliū ⁊ penitentiam venialium. Art. 4.

Ad quartū Sic procedit. Ut q̄ inconuenienter diuidat penitentia in penitentiā ante baptismum. penitentiā mortaliū, ⁊ penitentiā venialiū. Pnia enim est secunda tabula post naufragiū, vt supra dcm̄ est) baptismus aūt ꝑma. Illud ergo q̄ est ante baptismum. non debet poni ſpēs pnie. ¶ ℣. Nō potest destruere maius. pōt etiam destruere minus. Sed mortale est maius petū q̄ veniale. Illa vero pnia que est de mortalibus, eadē etiā est de venialibus. Nō ergo debent poni diuerse ſpēs pnie. ¶ ℣. Sicut post baptismū peccat venialr ⁊ mortaliter, ita etiaꝫ aī baptismū. Si ergo post baptismū distinguit pnia venialiū et mortaliū, partrōne ꝛz distingui ante baptismū. Non ergo conuenienter diuiditur penitentia per has ſpēs.

Sed ꝛtra Est. q̄ Augu. in lib. de penitentia, ponit predictas tres penitentie species.

Rñdeo Dicendum q̄ hec diuisio est penitētie ꝑm q̄ est virtꝰ. Est aūt cōsiderādū. q̄ quelibet virtus oꝑatur ꝑm congruētiam tpis, sicut ⁊ ꝑm alias debitas circunstantias. Unde ⁊ virtus pnie actū suum habet in hoc tpe secundū q̄ conuenit nouo le. Pertinet aūt ad penitentiā, vt derelinquat peccata preterita cū ꝓposito immutandi vitam in melius q̄ꝫ est quasi penitentie finis. Et quia moralia recipiunt speciem ꝑ finem (vt in secūda parte habitū est) conueniens est. q̄ diuerse species penitentie accipiant ꝑm diuersas immutationes quas penitens intendit. ¶ Est aūt triplex immutatio a penitente intenta. Prima quidem per regenerationem in nouā vitā: ⁊ hec pertinet ad penitentiā que est ante baptismū. Secunda aūt immutatio est per reformationē vite preterite tamen corrupte. ⁊ hec pertinet ad pniam mortaliū post baptismū. Tertia autem immutatio est in perfectionem operationem vite: ⁊ hec pertinet ad penitentiam venialium: que remittuntur per aliquem feruentem actum charitatis, vt supra dictum est.

Ad ꝑmū Ergo dicendū. q̄ penitētia que est ante baptismum, nō est sacramentū: sed est actꝰ virtutis disponens ad sacramentū baptismi. ¶ Ad ꝑm dōm. q̄ penitentia que delet peccata mortalia, delet etiā venialia: sed nō conuertitur. Et ideo he due penitentie se habent sicut perfectū ⁊ imperfectū. ¶ Ad tertium dōm. q̄ ante baptismū non sunt peccata venialia sine mortalibus. Et quia venialia sine mortali dimitti non potest (vt supra dictum est) ideo ante baptismum non distinguntur penitentia mortalium ⁊ venialium.

¶ Explicit id quod de tertia parte summe sancti tho. aquinatis habetur: qui morte preuentus, eam perficere nequiuit.

¶ Excudebat Joannes Crispinus. Lugduni. Anno dñi Millesimo quingentesimo Quadragesimo, mense Februario.

Regestum.

✠✠ a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v r y z ✠✠

Omnes sunt quaterni, preter ✠✠ quinternum.

¶ Finis.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca